



DISPUTATIO INAUGURALIS

De

RETRACTU.

Quam

CHRISTO AUCTORE ET DUCE

*Decreto & Jussu Magnifici & Nobilissimi JCo-
rum Ordinis in famigeratissimâ VVitteber-
gensi Academia;*

P R Æ S I D E

HENRICO COSELIO J. U. D.

& P. P. Curia Electoralis, Scabinatus & Facultatis

Juridicæ Assessor, h. t. Pro-Decano Spectabili.

Dn. Patrono & Præptore omni pietatis & de-
votionis cultu ætatem observando.

Pro

LICENTIA

Nobilem Doctrinæ in Utroq; Jure Gradum, ejusdemq;
privilegia & insignia ritè ac solenniter
consequendi,

Placido Eruditorum submittit Examine

DAVID CICHORIUS HOJERSCHVERDA

LUSATUS.

Ad d. 17. Februar. Horis ante & pomeridianis

In Auditorio Majori.

Witteb. apud JOBUM WILHELMUM FINCELIIUM.

DISPUTATIO ANNUALIS

RETRACTA

CHRISTO AUCTORE ET DUCE

Henrico Gosselio J. D. D. P. R. A. S. I. D. E.

LICENTIA

Nobilis Doctor in Leopoldo Gubern. eiusdemq. Privilegiis & Honoribus ac solenniter

DAVID CICHORIUS HOJERSCHVAERDA

V. n. p. apud Johann. Wilhelmum Fischerum



440

✠
In nomine Domini nostri JESU CHRISTI,
ad omnia consilia, omnesq; actus semper pro-
grediendum, exemplo Imp. nostri Justiniani
in l. 2. C. de offic. praefect. praetor. Affric. & c.
Bene enim universa geruntur & compe-
tenter, si rei cujusvis principium fiat decens
& amabile DEO. *Nov. 6. pr.* quo authore
duce & adjutore esto

THESES. I.

Retractus à retrahendo, sicut à contra-
hendo contractus, à distrahendo distractus dicitur. *Cal-*
vin. in lexic. in verb. retractus. Synonima plurima habet:
Dicitur namq; jus protimiseos, i.e. praetationis s. anteriori-
tatis, jus praehonorarium, praeclosureis, jus congrui, jus praesentationis, jus recompraere vel reparationis, jus recatationis vel recatatio, Germanicè etiam, *Näherkauff/ Abriet/ Lösung/ Einstandt/ Borgeldt/ Kauffzugrecht/ vel Zugrecht simpliciter; & in Constitutionibus Saxonibus, der Vorkauff/ oder Nähergeltung. Constit. Elect. Aug. p. c. 32. Tiraqvell. de Retraict. Lignagier in praefat. n. 2. & seqq.*

II. Retractum duplicem habemus: Alius n. ipso jure est
introducitur, qui etiam inde Legitimus dicitur, vel Gentili-
tius, vel Municipalis, vel etiam Consanguinitatis; Alius fa-
cto hominis, sc. Conventionalis vel Vo-
luntarius appellatus. Hic etiam saepius Pactum retrovendi-
tionis & revenditionis; & ille Retractus vel jus Retractus, au-
dit. *vid. Tiraqvell. de Retraict: Lignagier praefat. n. 5. & de Re-*
traict. conventionel. n. 1. De Voluntario in praesentiarum nihil.
Ille verò pluribus etiam datur ut Domino emphyteuseos *l. ult.*
C. d. jur. emphyt. habitatoribus metrocomia, l. un. C. non lic.
habitat. metrocom. loc. sua ad extran. transf. lib. 11. fisco in metal-
lis, l. 1. C. de metallar. & metall. & procur. metall. lib. 11. Rauchb.

p.1. q.43. n.22. confanguineis, l.35. D. de minor. Sed de confanguinitatis saltem Retractu jam agendum.

III. Legistæ quidem non dialectitant in verbis, sed exitus rerum ponderant, inquit *Cagnol. ad l.1. §.1. n.19. D. Si quis jus dic. non obtemp.* & definitiones juris ita comparatæ sunt, ut vix ulla ob verarum differentiarum paucitatē, variasq; negotiorum circumstantias, perfecta videri possit, inquit *Philipp. Matth. ad l.202. n.4. D. d.R. 7.* Tamen Retractus non incommodè definitur, quod sit jus ex capite confanguinitatis vel proximitatis competens, ad rem immobilem à confanguineo extra familiam venditam, intra certum tempus legitimè redimendi.

IV. Causam Retractus nostri duplicem invenire licet, Remotam & Propinquam. Remota causa constituenda venit Jus. Jus autem vel est Divinum, vel Cæsareum, vel Canonicum, vel Statutarium vel Consuetudinarium. Juri Divino minimè incognitum fuisse Retractum istum patet ex *Lev.25, 25. Ruth.4,4. Jerem.32.7. & seqq. Myns. cent.3. obs.51. n.6.* Jure communi olim nullam in extraneos permissam fuisse alienationem, sed semper agnatos & alios consortes extraneos ab emptione remove potuisse, probat *l.35. D. de Minor.* Quæ abrogata videtur per *l.14. C. de contrab. empt.* ubi nulli licentia ista amplius conceditur, nisi illud lex specialiter permiserit. *Berlich. p.2. concl.39. n.1. & 2.* Cui tamen per Constitutionem FRIDERICI, quæ extat *lib.5. Feud. edit. Cujac.* derogatum iterum non est: quia illa Constitutio relata est, inter capitula extraordinaria, quæ authentica non sunt. *Rosentb. de Feud. c.7. concl.33. n.17. Berlich. d.l. n.15. in fin.* Ideoq; aliquis illius Constitutionis usum pro se allegans probare tenebitur. Affirmanti n. regulariter incumbit probatio, *§.4. in fin. Instit. de Legat. & per rerum naturam negantis nulla est probatio, l.23. C. de probat. Menoch.2. presumpt. n.2. & seq.* Pontificio etiam jure hoc jus probatum videre licet in *c. constitutus. 8. X. de in integr. R. Tiraqvell. de Retraict. Lignag. in præfat. n.13.* Jure Sax. dubio etiam res caret, per *Novell. Elect. Aug. p.2. Const.31. in med. vers. So viel aber die Kinder belanget. De Consuetudine*

411

dine vix erit dubitandum: Jure n. illam valere, & ex generali observantiâ Germaniæ ubique ferè locorum obtinere, testatur *Gail. lib. 2. obs. 19. n. 1.* & comprobatur *Constit. Elect. Aug. p. 2. 32.* ibi Was aus Statuten oder verwärter gewohnheit herbracht / & *Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. const. 31. def. 1. n. 8.* vid. *Tiraqvell. d. præfat. de Retract. Lign. n. 1. § 16.* An autem consuetudo loci, in quo contractus celebratur, an retrahentis, an denique rei sitæ attendenda, non expeditum videtur. Sed consuetudinem loci in qua res retractui obnoxia sita est, præferendam, cum *Tiraqvell. d. Retract. lign. §. 1. gl. 1. n. 2.* concludendum. Quando n. quærimus de jure quopiam proficiscente ex re aliqua, sive de libertate & servitute rei, sive de facultate competente circa rem, debent servari statuta loci in quo res ipsa sita est. *arg. l. 32. §. 6. D. de admin. tut. l. 3. C. de adif. priv. l. 13. C. comm. præd. l. 4. D. de censib. § t. t. C. ubi in rem act. exer. deb.* Adjuvat hanc sententiam *Juris Saxon. lib. 1. Landr. art. 30.* ubi dicitur: Ein ieglich einkommen man empfehlet Erbe in dem Lande zu Sachsen / nach des Landes Recht / und nicht nach des Mannes recht / es sey Beyer / Schwab / oder Franck. *add. Coler. de process. execut. part. 1. c. 3. n. 226. § 229.*

V. Propinqua causa Retractus nostri erit Consanguinitas: Illa n. cessante etiam Retractus jus cessabit *1. Arg. l. 35. D. de Min.* ubi minor restituitur adversus adjectionem ab alio factam in eâ re quæ majorum ejus fuisset, aliter non restituendum s. Ubi *gloss.* interesse hoc mirabile oppellat; & *gloss. in l. 1. D. solut. matrim. arg. d. l. 35.* nostra admodum interesse, rem, quæ majorum nostrorum fuit, emere, docet. *Vide Tiraqvell. de Retract. lignag. in præfat. n. 34. § seqq. 2. Arg. Nov. El. Aug. p. 2. c. 31.* ubi jus hoc in bonis avitis liberis concessum, ne bona illa è genere exeant, sed in familiâ conserventur, ibi *Dieselben bey dem geschlecht zuerhalten.* *Magnif. Dn. Carpzov. ad d. const. 31. def. 19. n. 1.* Consanguinei v. hic non intelligendi sunt fratres ex eodem patre geniti, ut in §. 1. v. itaq. Inst. de legit. agnat. success. sed qui quoquo modo sunt sanguine conjuncti, vel ex patre vel ex matre, & quocunq; gradu & sexu se attingant, ut Jure Canonico; tot. tit. § maximè, inc. tua

nos. & c. non debet X. de consanguin. & affin. accipiuntur. vid. Tiraqvell. d.l. §.1. gl.9. n.4. Adeo etiam consanguinitas vel sanguinis nexus requiritur in Retractu, ut nec cedi possit. Ratio desumitur a causa finali, quod hoc jus datur sanguinis & familiae favore, iis tantum personis quæ sunt de familia, eum ad effectum, ut res conserventur in familia; ideoque tanquam privilegium certis personis, ex singulari ratione sanguinis & familiae concessum, cedi alteri non poterit: Cessio enim in eum fieri non potest, qui non habet qualitatem cedentis, arg. l.59. D. de jur. dot. l.19. D. de testam. tut. nec personalia sunt cessibilia Dyn. in c. privilegium. d. R. f. in 6. Et cessante causa impulsiva & finali privilegii, cessat & ipsum privilegium. c.60. X. de appellat. Gail. de Arest. Imp. cap.10. n.9. in fin. Vid. prolixissime Tiraqvell. d. l. §.26. gl.1. per tot. ubi n.11. etiam cessionem locum habere negat eo casu, si aliquis, qui jus hoc habeat & alteri cedere velit, sit ultimus de familia; Cum non tantum familiae venditoris, sed etiam ejus emptoris intersit: Illius, ne res alienetur in extraneum; Hujus, ne ab eo res retrahatur, protextu hujus juris, quod tantum familiae competit, & sic ne extraneo in ejus præjudicium cedi possit. Distinguendum tamen hic erit, inter cessionem factam alii cognato vel agnato ex familia, & inter cessionem factam prorsus extraneo: Hoc casu non locum habebit cessio. Rationes vide apud Berlich. sæpè citat. loc. n.51. & apud Tiraqvell. d. §.26. gl.1. n.1. & 2. Illo casu v. omnino locus huic cessioni dandus venit propter rationes quas habet Berlich. d. l. n. 47. in fin. n. 48. & 49. quæ ibi videantur & Tiraqvell. d. §.26. gl.2. n. 1. si modo consanguineus proximus alio consanguineo proximè sequenti hoc jus cedat; non si intermedio consanguineo omisso remotiori cedere velit, tunc non obstante cessione, jure suo uti poterit intermedius consanguineus. Berlich. d. l. n.50. Tiraqvell. d. l. n. 2. & seqq.

VI. Materiam quod attinet, illam duplicem faciunt: In qua sive Subjectum; & Circa quam sive objectum. Illa erunt Personæ, in quibus radicatum: Hæc res, circa quas retractus hoc jus retrahendas occupatum.

Perlo-

cessio non dicitur
l. c.

in extraneo
sicut
agrat,

442

Personas in quibus hoc jus radicatum & quibus competit, considerabimus ita, sicut Imp. noster Justinianus circa successiones ab intestato, illas in *Nov. 118*, considerat; Ut prima causa sit descendentiū, secunda ascendentiū, & tertia collateralium.

VII. Descendentes quod attinet, ibi primum locum occupant Liberi. De quibus quidem jure Civili nihil constitutum, sed ad consuetudinem & statutum cum *Berlich. d. concl. 39. p. 2. n. 15. circa finem*, erit recurrendum. Jure Sax. a res expedita est, per textum expressum in *Nov. Elect. Aug. p. 2. const. 31. ubi*: So viel aber die Kinder belanget / denen soll in stam gütern die Freyheit gelassen seyn in die kauffe / ehe die Güter tradirt und auffgelassen / zu treten. Legitimi tamen & naturales simul hic intelligendi sunt liberi, de quibus etiam dubiū nullum est. De legitimatis tamen per subsequens matrimonium idem dicendum erit cum *Berlich. d. l. n. 18. arg. c. 6. X. qui filii sunt legit.* & propter alias *d. n. 18. & 19.* allegatas rationes. Secus dicendum de legitimatis per oblationem curiæ & Rescriptū Principis, de quibus intelligendi *Gail. lib. 2. obs. 19. n. 7. Myns. cent. 1. obs. 35. n. 10.* nisi ad hoc expressè in rescripto, sicut ad feuda, legitimati fuerint. *Myns. cent. 5. obs. 42. n. 6.* Non spurii etiā vel bastardi hic admittendi liberi; nō n. cognati vel agnati dicuntur *l. 4. D. Unde cognat. Matth. de Afflict. in tr. de jur. protim. §. tota hac lex. n. 46.* & retractus jus imitatur jura successionis; spuriarum autem ab intestato nullam esse successionem satis constat ex *l. 8. C. de natur. liber.* & passim ex Dd. Quod extendendum etiam ad bastardorum s. spuriarum liberos legitimos, qui æquè ab hoc jure, quoad cognationem avi paterni excludendi: quia infecta primitiva, inficitur & derivativa, inquit *Matth. de Afflict. decision. Neapolitan. 96. n. 3.* & cum ipsa radix primæ nativitatis corrupta est nulla inde ducitur consequentia legitima. *Bald. in l. fin. C. d. V. S. Matth. de Afflict. d. §. tota hac lex. n. 48.* Non tamen de bastardis sive spuriis respectu matris hæc exaudienda. Sicut enim illa semper nota *l. 5. D. de in jus. vocand.* & ad ipsius bona spurii ab intestato veniunt. *l. 2. D. und. cognat. Nov. 89. c. 12.* ita nec jus retractus denegandum illis erit. *Petr. Gregor. in Syntagm.*

Syntagm. jur. lib. 26. c. 17. n. 10. Non admittuntur etiam ad hoc jus Adoptivi, quia non veri sed ficti saltem sunt liberi. Statuta autem non extenduntur ad casum fictum. *arg. l. 3. §. 6. D. d. N. gest. l. fin. C. de his qui ven. etat. impetr. Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 21. n. 10.* & retractus propinquitatis & naturale & civile vinculum simul postulat, *Petr. Gregor. d. c. 17. n. 9.* & sanguinis jure nititur. *Tiraquell. d. l. §. 1. gl. 8. n. 17. & preced.* Sed hic dubium, quod totum jus retractus infringere videtur, brevibus venit resolvendum. Dicunt namque non posse in liberis jus retractus locum habere, quia facta parentum liberi teneantur præstare, & non possint ea revocare, *l. 14. & Dd. ibi comm. C. de R. V.* Sed hic cum *Berlich. d. conclus. 39. n. 16. & Dn. Carpzov. p. 2. c. 31. d. 11. n. 3. & 4.* respondendum; Hoc verum esse si liberi tanquam liberi & heredes facto parentum contravenire velint, & tunc eos non esse audiendos; secus si ut proximi & agnati, & tunc esse illos admittendos. Vel, si liberi in totum factum parentis impugnare velint, tunc eos non esse audiendos; secus si tantum in locum emptoris se substitui petant; ubi, cum non controveriant facto patris, admittendos esse.

VIII. Ascendentes etiam ad hoc jus venire posse, non est dubitandum; si scilicet casus eveniat, ubi bona quædam avita, ad filium nepotem, & alios descendentes aliundè per testamentum vel alium modum pervenerint, & descendentes illa alienare velint; tunc mater, avus avia & cæteri ascendentes revocare illa optimè poterunt. Non enim negari potest, quin isti ascendentes sint, conjuncti, & consanguinei descendentium *Tiraquell. d. l. ad fin. tit. n. 93.* ex quo *Berlich. sæpius citat. loc. n. 41.*

IX. Collaterales quod spectat, tunc jus Civile si respiciamus, dubio caret res; quippe per *l. 14. C. de contrab. empt.* cuilibet liberum est rem suam in quemcunque velit alienare, dummodo lex expressè non prohibeat. Jure Saxonico etiam in ditionibus Electoris nostri Serenissimi res expedita est, quod jus retractus vel protimiscos collateralibus & aliis cognatis non concedatur. *N. E. A. p. 2. c. 31. ibi: das andere bluts-*

415

blutsfreunde collaterales genandt/ solches recht nicht haben und darzu gar nicht gelassen werden sollen. ibiq; *Dn. Carpzov. def. 11. Berlich. tamen d.l. n. 22.* testatur, sapissimè in his terris contrariū de facto observatum fuisse & collaterales bona avita, à suis consanguineis alienata, sub prætextu juris protimiseos revocasse. Consuetudines & statuta deniq; inspicienda erunt, quæ si jus retractus collateralibus concedunt, merito observari debent, inquit *Berlich. d.l. n. 23. ex Myns. cent. 3. obs. 51. n. 1. & seq.* & hujusmodi consuetudinem haberi in Thuringiâ ex *Coler. decis. 23. n. 2.* testatur *Berlich. d.l. n. 24. & Tiraqvell.* prolixissimum Commentarium conscripsit in Retra ctus jus Pictorū moribus constitutum, quod videre est ex præfatione ad Lectorem, & passim ex ipso commentario. Ejusmodi etiam consuetudinem subsistere supra *th. 4.* probatum.

X. Admittuntur jam non solum descendentes & ascendentes sed etiam collaterales. Non tantum masculi, sed etiam foeminae; istæ n. æq; sunt de cognatione, genere & familiâ. *l. 195. & seq. D. de V. S.* & regulariter sexus masculinus etiam foemininū sexum continet, *l. 62. in fin. D. de legat. 3.* nisi aliud exprimatur *Bart. & Bald in l. 7. C. und. vi.* videatur *Tiraqvell. §. 1. gl. 9. n. 179. usq; ad n. 246.* Non solum unus sed etiam si plures masculi vel foeminae sint ejusdem gradus, qui singuli & singulae pro rata admittuntur: quia quoties aliquid pluribus cōpetit nomine colectivo agnationis vel familiae, tunc proximiores existentes in eodem gradu simul concurrunt. *arg. l. 69. §. 3. D. de legat. 2. Tiraqvell. §. 10. gl. 10. n. 3. qui n. 4.* hoc casu præoccupationi locum esse tradit, si res individua sit, ut ille præferatur, qui primus provocavit, & si omnes simul provocaverint, sorte litem dirimendam esse *Add. Martin. Peg vom Vorkauff/ Einstand/ Zugrechten lib. 2. cap. 10.* ubi *in pr.* tradit etiam, quod utrinq; conjunctæ personæ ex uno latere conjunctas excludant *per §. 5. inst. de legit. agnat. success. Nov. 118. c. 3.* Nec obstabit, an ex pluribus illis ejusdē gradus proximioribus, quidam in alienationem consenserint, nihilominus tamen reliquis nō consentientibus dabitur jus retractus in solidum, & illorum partes his accrescent. *Hartm. Pistor. p. 2. q. 7. n. 21. add. Tiraqvell. d.l. §. 23. gl. 1.* Non tantum pro-

B

ximio-

ximiores, sed etiam remotiores. Sicut cum de vicino simpliciter sermo est, de omni vicino etiam non proximior, ille intelligitur. *arg. l. 8. pr. D. de nov. oper. nunciat.* Causa etiam finalis juris nostri conservatio scilicet bonorum in familiâ & cognatione, æq; in remotioribus ut proximioribus obtinet: illi n. æq; ac isti bona in familiâ conservare possunt; sicut in simili in retractu feudali idem obtinere testatur *Rosentb. de feud. c. 9. concl. 82. n. 11. & seqq.* Non tamen indistinctè remotiores consanguinei admittuntur, sed illi tantum, qui gradu sunt proximiores, *arg. Const. Frid. de jur. protim. post pr. ibi: quos vocabimus per ordinem. Berlich. p. 2. d. concl. 39. n. 26.* Jure etiam agnationis & successionis datur hoc jus *Tiraqvell. d. l. §. 13. gl. un. ubi a. de jure agnationis agitur, proximus ille intelligitur consanguineus, quem gradu nemo antecedit l. 2. §. 2. & 4. D. de suis & legit. Berlich. d. l. & quando plures vocantur personæ indistinctè sub nomine colectivo sanguinis seu familiæ, intelliguntur illæ vocatæ ordine successivo, ita ut proximior primo loco, deinde ceteri admittantur l. 32. §. 6. l. 69. D. de legat. 2. ibiq; Bart. & alii. Tiraqvell. §. 11. gl. 4. n. 2.* Gradu proximiorē verò, cum *Berlich. d. l. n. 30.* intelligimus hic eum, qui venditori, non v. ei à quo primū res a vita processit, est in proximo gradu conjunctus; quia jus retractus sequitur materiā successionum, in successione a. præfertur proximior defuncti, non v. stipitis: agitur n. de successione defuncti non de successione stipitis, cujus desit esse hereditas per aditionem sequentium, quorum gradatim facta fuit hereditas, & patrimonium proprium. *arg. l. 10. D. d. V. & P. substit. Tiraqvell. §. 11. gl. 1. n. 18.* Vid. etiam *Berlich. d. l.* qui ibidē *n. 32. & seqq.* & illud affirmat; si quis prædium avitum in cognatum remotiorē alienaverit, quod proximior agnatus, jure proximiseos uti & prædium ab eo retrahere possit. Et ita quidem venditori proximior aliquis est, si tempore venditionis sit ipsius proximior, licet in utero adhuc sit & conceptus saltem; qui etiam alium, natum jam, remotiorē tamen, excludit. *Martin. Peg. d. tr. vom Verkauf & c. lib. 2. c. 34. vers. Hie ist aber ein frag.* Non tantum ipsi consanguinei, sed etiam ex ipsorum personā quādoq; alius. Ut heres consanguinei extraneus planè, si mo-

414

si modo defunctus, qui heredem extraneum reliquit, intra legitima tempora ad retractum se obtulerit & agere ceperit, per tradita *Petr. Gregor. in Syntagm. jur. univ. l. 26. c. 15. n. 2.* Ut maritus ex personam uxoris, tanquam legitimus administrator rerum uxoris atque curator conjugalis, vulgariter Chevogt *Gail. lib. 1. obs. 133. pr.* ratione etiam particularis sui interesse, quod habet in bonis constante matrimonio acquisitis seu acquirendis. Videatur late *Tiraqvell. §. 10. gl. un.* qui idem in sponso respectu dotis affirmare videtur *n. 8. & n. 22. & 23.* etiam maritum procuratorem ad agendum & in iudicio prosequendum hoc jus dare posse asserit: quia illi, qui suo nomine, licet ex alterius personam actionem habent ob id, quod sua etiam privatim interest, procuratoris dandi facultatem habent. *l. 17. §. 2. D. de injur.* Ut pater, qui tanquam administrator nomine filii agere potest, imo etiam suo nomine, ex personam tamen filii, in bonis adventitiis, in quibus usumfructum habiturus fuisset. *arg. l. 27. pr. D. de Minor. Tiraqvell. §. 1. gl. 10. n. 101.* Non solum quorum integrum, sed etiam quorum limitatum aliquantum videtur hoc jus. Ut sunt, Ille consanguineus, qui prius a venditore requisitus voluit emere. Quid n. sibi id praedictare deber, quod maluit expectare venditionem, & rem intra annum sibi a statuto concessam redimere, quo interim pecunias in id necessarias, sibi colligeret, compararet, explicaret, quas forte tunc non habebat, cum fuit requisitus? Certe non debet, non magis quam filio, qui dicit se nolle heredem institui, quia malebat habere ab intestato *arg. l. 19. D. de inoffic. testam. Tiraqvell. §. 1. gl. 9. n. 145.* Ille consanguineus qui ipse praesens interfuit contractui, quo venditum est praedium retractum obnoxium. *arg. l. 8. §. 15. D. quib. mod. pign. vel. hypoth. solv.* sicut ibi creditor praesens alienationi pignoris, sibi non praedictat, ita etiam consanguineus sibi minime praedictabit. Concordat etiam *Constit. Frider. de jur. protim. §. vocantur.* ibi: *qui praesentes venditioni adfuerunt & tacuerunt.* *Tiraqvell. d. §. 1. gl. 9. n. 148.* Maxime ubi praesens consanguineus actum impedire non potuit. *l. 63. D. de R. jud. Philipp. Matth. ad L. 142. D. d. R. §. n. 3 & 4.* Ille consanguineus qui venditioni expressè consensit, dum impedire actum venditionis non potuit. Consensus n. iste ad ven-

ditionem accommodatus, nō potest trahi ad retractum, tan-
quam actus plane separatus, ex ipsius demum venditionis per-
fectione firmiter competens. *Carol. Molin. in consuetud. Paris. §.*
13. gl. 1. n. 9. Ille consanguineus, qui præsens venditioni, instru-
mento ejus ut testis subscripsit. *arg. l. 22. D. de his quæ ut in dign.*
l. 26. C. d. admin. tut. Marc. Mant. ad L. dudum C. de contrab. empt.
n. 31. Non solum Laici sed etiam Clerici: illi n. cōtra hos, & isti
contra illos hoc habent jus. *Berlich. d. concl. 39. n. 41. in fin. vid.*
etiam prolixius *Tiraqvell. §. 1. gl. 13. n. 2. & seqq.*

XI. Non admittuntur etiam quædam personæ ad hoc jus Re-
tractus, licet sint ex lineâ vel descendenti vel ascendenti vel
collaterali. Nam 1. Non admittuntur in infinitum collatera-
les, si consuetudo certum gradum statuat; ut de consuetudine
Senonum consanguineus volens retrahere debet esse intra
septimū gradū; de consuetudine Nivernensium, intra sextum,
de consuetudine Britonum infra decimum, quod testatur *Ti-*
raqvell. §. 1. gl. 9. n. 25. Alias, quia retractus sequitur jura successio-
num *Berlich. d. l. n. 26.* & hæc in collateralibus in infinitum usq;
locum habet: *Nobilissimus atq; Amplissimus Dn D. Suevus Præce-*
ptor atq; patronus devotè colendus, velit. 10. th. 7. lit. a. etiam re-
tractum in infinitum locum habere affirmare non erubescen-
dum. 2. Non admittuntur Affines. Sicut n. affinitatis jure nul-
la permittitur successio, *l. 7. D. commun. de success.* ita nec Re-
tractus. *Martin. Peg. von Verkauf & c. lib. 2. c. 38. 3. Banniti no-*
stri tumporis, qui ab omnium consortio, clientelâ, fide, securi-
tate, ac juris civilis communione activè & passivè excludun-
tur, ita ut ab omnibus tam in personâ quam in rebus impunè
offendi possint. Ordin. Cam. p. 2. tit. 9. §. So jemand. vers. So bald
auch add. Tiraqvell. §. 1. gl. 9. n. 127. & seqq. 4. Si alicui ex pluri-
bus ejusdem gradus res vendita sit, reliqui qui ejusdem gradus
sunt, non admittuntur. arg. l. 114. §. 15. 16. & maximè §. 17. & 18.
D. de legat. 1. Ratio ista haberi potest, quod retrahens pin-
guis & potentius jus habere debeat, si illum à quo retrahere
cupit vincere velit: par n. in parem nullum habet imperium.
Germanicum vocabulum *Nâhergeltung* etiam satis hoc evin-
cit. *Tiraqvell. §. 7. gl. 6. n. 20. 5. Non admittitur ipse vendens*
ad hos

415

ad hoc jus, propter regulam generalem; quem de evictione te-
net actio, eum agentem repellit exceptio. *l. 17. D. de evict. l. 6. C.*
ead. improbè n. rem à se distractam evincere conatur: & quia i-
pse tenetur emptorem adversus alios defendere, cōsequens est,
ut eum ipse nō debeat nec possit impugnare. l. 38. pr. D. de cōdict.
indebit. & quod opus alium facientem prohibere ex officio ne-
cesse habuit, id ipse cōmittere nō debuit, l. 15. D. si serv. vind. Tira-
qvell. §. 1. gl. 9. n. 33. Quod etiam in venditoris herede obtinet, qui
defuncti personam repræsētat. Nov. 48. pr. & cōtra ipsius factū
tanquam heres venire nequit l. 14. C. d. R. V. cum adeundo here-
ditatem voluntatem defuncti suo consensu cōprobare intelli-
gitur, l. 7. C. de liberal. caus. Petr. Gregor. in Syntagm. jur. univ. lib.
26. c. 15. n. 2. b. Si duo fratres rem cōmunem possidentes eam alie-
naverint, unus alterius retrahere nō poterit partem; quia æq; in
fratris ac in suæ partis consensisse præsumitur partem. arg. l. 77.
§. 27. D. d. legat. 2. Martin. Peg. d. tr. lib. 2 c. 12. 7. Non admittitur
ad Retractum ille, qui huic juri renunciavit Matth. de Afflict. d.
jur. protim. §. scriptum est. n. 18. qui, §. tota hæc lex. n. 59. hoc am-
pliat procedere, licet ante perfectum emptionis contractū re-
nunciaverit; quia non tantūm juri quæsito, sed etiam quæren-
do renunciari potest l. 70. D. d. acquir. vel ommit. hered. ubi quis
renunciat hereditati sub conditione, quam de futuro se habiru-
rum sperat, videatur l. 20. §. 4. l. 46. in fin. D. de pact. licet etiam
venditori & non emptori facta sit, illa renunciatio: quia, sicut
pactum cum venditore factum nocet emptori. l. 13. D. commun.
præd. Ita & pactum venditoris prodest etiam emptori: hoc n. pa-
ctum reale est, ideoq; cum ipsâ re transit, quamvis sit factum
venditori soli; quia res transit cum suâ causâ. l. 18. §. 2. D. de pi-
gnorat. act. Tiraqvell. §. 1. gl. 9. n. 130. & 112. Licet tacitè saltem re-
nunciaverit retrahens; Matth. de Afflict. d. tr. §. scriptum est. n.
18. quando sc. passus fuit labi tempus, intra quod agere potuit
jure congrui. Nam taciti eadē censetur vis, quæ expressi, Gail.
lib. 2. obs. 30. n. 3. per jura ibi allegata. 8. Non admittitur ille qui
ad alterius & non ad suum usum retrahere rem velit, vel ad suâ
utilitatem, ad alterius tamen usum etiam, vel si in fraudem quis
rem ita retrahat, ut postea illam alienare possit. Ratio hæc est;

quia retractus iste contra omnes juris regulas, quæ volunt, ut domini voluntatem, rem suam in alium transferentem, ratam habeamus, introductus, ob illam causam, quo bona in familiâ conserventur, quâ causa cessante cessat etiam dispositio. *vid. Tiracvell. d. §. 5. gl. un. per tot. qui, ibi n. 4. arg. l. 5. §. 14. D. de oper. nov. nunciat. juramento retrahentem adstringendū esse, se sc. sine fraude ad retractum venire, tradit; & n. 2. optimum atq; tutissimum judicat, ut emptor protestetur salvum sibi jus futurū eam rem conducendi revocandiq; si ex post facto compertum fuerit, confanguineum in fraudem hoc retractu usum fuisse, ut postea alteri cederet. add. Martin. Peg. d. tr. part. 2. c. Das der Kauffzieher schuldig ist einen Eid zu schweren/das er den Kauffzug ihme selbst/und keinem andern zu nutz und gutem thue. 27. Qvomo- modo a. fraus retrahentis probetur, vide latè tractantem Matth. de Afflict. d. tr. §. nisi quis. n. 4. & seqq. Deniq; vigore Constit. Frider. non admittuntur illi, qui atroces injurias, vel manus impias venditori vel ejus familiæ intulerunt, vel ipsius substantiæ gravem jacturam moliti, vel contra ejus vitam nisi sint. |Martin. Peg. d. tr. p. 3. c. 1.*

XII. Materiam circa quam seu Objectum retractus, Res esse supra *tb. 6.* dictum. Quænam autem res juri huic obnoxia sint vel non jam in disquisitionem venit. Jure Saxonico quidem, tantum bona avita huic juri subjacere dicendum videtur per *Nov. El. Aug. p. 2. c. 31. ibi: Und derowegen was Blutsfreundschaft betrifft/nach gemeinen Rechten zu urtheilen sey. So viel aber die Kinder belanget/denen sol im Stammgütern die Freyheit gelassen werden: Jus commune a. & maxime l. 14. C. d. contrah. empt. si evolvatur, videre licet, planè sublatum esse jus protimiseos, & nulla planè in re locum habere. Carpzov. d. const. 31. def. 1. n. 3. Itaq; bona avita ab illa eximere voluit regulâ, quæ exceptio nō amplianda sed restringenda potius videtur. Si tamen Statuto vel consuetudine aliud, quod fieri posse supra *tb. 4.* probatum; & cui *Dn. Carpzov. d. l. def. 2. per expressum illius Constit. text.* suffragatur, introductum fuerit, aliis etiam in rebus jus hoc locum habere asserendum erit; sicut testatur sæpius laudatus. *Dn. Carpzov. d. l. def. 5. æquissimâ consuetudine introdu- ctum fuisse hiesi in Provinciis, ut si creditor pecuniam parti-*
cula-*

415

culariter sive distinctis terminis ex feudo aut domo aliqua sibi solvendam, Erbe oder Tagezeit gelder pro paratâ pecuniâ, vendere velit, possessor istius fundi sive domus, ceu debitor pecuniarum illarum ad emptionem se offerens, audiri, atq; extraneo jure protimiseos præferri debeat. Et generaliter dicendum: Si extet statutum generaliter indefinitè & sine restrictione Retractum in rebus extra familiam alienatis concedens, illud etiam indefinitè & generaliter esse accipiendum, propter vim indefinitæ locutionis, quæ universali æquipollet, *l. 23. D. d. S. V. P.* nisi materia fuerit odiosa. *l. 2. de liber. & posthum.* cum non ex proprietate sed ex sermonis interpretatione profiscatur. *Gædd. ad l. 1. n. 11. D. d. V. S.* Itaq; retrahi poterunt etiam bona patrimonialia & hereditaria, quæ vulgò Erbgüter & non tantum bona avita paterna & gentilia vulgò Stamgüter: Indefinita enim illa locutio non solum illa quam ista comprehendere apta nata est, & illa æq; ac ista sunt bona ex familia, quæ tamen in familiâ conservanda, per ea quæ tradit *Berlich. d. concl. 19. n. 19.* Acquisita etiam bona illa quæ aliunde, & non ex hereditate propinqvorum nobis obvenerunt, ut fortè ex labore & industriâ nostrâ, vulgò wohlgewonnen oder errungen gut. Illa enim æq; ad heredes nostros pertinent & in familiam translata censentur, ideoq; ex illâ contra rationem primariam juris nostri protimiseos non sunt alienanda. Idem obtinere in fructibus pendentibus & à solo nondum separatis, cum immobilibus annumerentur & pars fundi esse censeantur *l. 44. D. de R. V. docet Martin. Peg. dict. tr. lib. 1. c. 2. §.* Und erstlich werden die Frucht. Sed *Tiraquello* subscribendum potius, qui *§. 1. gl. 7. n. 42. & seqq.* contrarium asserit; Cum ratio finalis juris retractus consistat in eo, ut in familiâ bona conserventur, sed fructus illi consumuntur & non conservantur. Dubii plena etiam res esse videtur in venditione ususfructus; Quod tamen affirmat *Mattb. de Afflict. d. tr. §. tota hæc lex. n. 9.* quia ususfructus sit pars fundi & consequenter res immobilis per *l. 4. D. d. Usufr.* qui ibidem *num. preced. 8.* idem affirmat, si vendantur in pretium pedagia, guidagia & salmagia & similes gabellæ; quod ista veniant ratione immobilium. Solvuntur n. ratione soli publici ex transeuntibus pro securitate itinerum

nerum. Jure communi Feudali etiam in Feudis retractum locum habere patet ex *c. un. §. Filius. 2. F. 26.* & jure Civili in emphyteusi, *l. ult. §. sed in hac occasione. C. de jur. emphyteut. Dn. Carpzov. dict. const. 32. def. 6.* Denique in censibus & annuis redditibus ad longum tempus & in perpetuum constitutis; quia inter immobilia computantur *l. 14. pr. C. d. S. S. Eccles. Clem. exivi. §. cumq; annui redditus. de U. S. Gail. lib. 2. obs. 10. n. 1.* maxime si ex rebus immobilibus proveniant, vel in his constituti sint *Nov. Elect. Aug. p. 3. c. 24. pr. ibi, auffliegende Gründe außgethan ibiq; Dn. Carpzov. def. 11. n. 4. & per tot. Add. Matth. de Afflict. d. l. §. tota hac lex n. 10.*

XIII. Sicut non omnes personæ admittuntur ad hoc jus Retractus, quod patet ex *tb. 11.* Ita etiam in omnibus rebus locum invenire non potest hoc jus. Statim namq; repellitur, qui retrahere desiderat res mobiles. *Tiraquell. d. l. §. 25. gl. 1.* ubi expressam habet Pictorū consuetudinem. Concordat textus in *Const. Frider. de jur. protim.* Ratio etiam cessat finalis rerum scilicet in familiā conservandarum. Consentit *Martin. Peg. d. tr. lib. 1. c. 2. pr.* Huc jam pertinet quod habet *Berlich. d. concl. 39. n. 42. & seqq.* de Nobilibus, Comitibus & aliis dominis, quibus in cibariis subditorum, ut gallinis, anseribus, ovis, vitulis, butyro, caseis & aliis mercibus edilibus, jus protimiseos denegat, ut eas in arces eorum deportare, & illis veditandas offerre priusquam illa ad forum detulerint, non teneantur. Vid. prolixè *Berlich. d. l.* Et, quod idem docet *Berlich. p. 3. concl. 30. n. 12.* de molendinis quæ supernatant aquis ad instar cymbarum, *Schiffmühlen/ & quæ à ventis agitantur, Windmühlen/* quæ inter mobilia refert. Quem sequitur *Dn. Carpzov. p. 3. C. 24. def. 8. n. 3. 4. & 5.* qui insuper præjudicio confirmat. Consequenter jam, in illis Retractum nostrum locum non habere, cum *Tiraquell. §. 1. gl. 7. n. 94.* facile dici poterit. Nec locum inveniet hic Retractus, si pluribus rebus conjunctim uno precio venditis aliquis pro parte vel unam, vel quasdam ex pluribus rebus ita venditis retrahere velit. *Tiraquell. d. l. §. 23. gl. 1.* qui ibidem *n. 2.* æquum id esse pronunciat; cum emptor alias non fuisset verisimiliter empturus, quam si tota apud se maneret, aut tota redimeretur *l. 11. §. ult. l. 12. l. 13. pr. D. de in diem addict. ubi cavetur, quod*

417

quod si plures diversis precii rem cōmunem, pro suā quisque parte vendiderint, sub pacto additionis ad diem; Si duo alteri addiderint unus additionem illam non admiserit, hujus partem priori emptori emptam manere. Et *n. 1. ibidem Tiraqvell.* plures refert consuetudines idem observantes, ut consuetudinem Meldensium Aurelianensium, Victriacensium, Turonensium, Borbonensium, Burdigalensium, Nivernensium; nullamque se scire asserit quæ contrarium statuerit, præterquam Britonum. Secus v. si in uno contractu vel instrumento, plures res, sed diversis & in singulas res divisis precii sint venditæ, tunc n. consanguineus jure retractus pro parte tantum uti & unam rem solùm ex illis retrahere poterit: quia hoc in casu plures censentur esse contractus vel venditiones. *Vid. Tiraqvell. d. §. 23. gl. 1. n. 20. & seqq.* quem sequitur *Berlich. d. concl. 39. n. 89. & seqq.* Neque locum habet Retractus in rebus Principi venditis. Tum ratione universalis dominii, cujus intuitu fortius jus quam consanguinei in rebus subditorum habere videtur; Tum ratione supremæ potestatis, quæ Principem à statutis subditorum eximit. *vid. Petr. Gregor. in Syntagm. lib. 26. c. 2. n. 10.* Nec obtinet quando p̄prietarius usumfructum vel dominus directus utile dominium emat. Illo n. modo ususfructus est cum dominio cōfusus, & tunc amplius nō est in rerum naturâ, sed extinctus & suppressus est. *§. ult. Inst. de usufr. Tiraqvell. §. 1. gl. 7. n. 60.* Hoc v. casu, fortius jus dominus directus quam consanguineus habere censetur. *Vid. latissimè Tiraqvell. d. §. 1. gl. 3. per tot.* Et si quæ aliæ res sunt quæ jam non suppeditantur.

XIV. Ad Formam quod attinet, illam duplicem iterum reperire licet, Essentialem, & Accidentalem. Non n. omnia requisita quæ enumerari solent, ut scilicet 1. celebratus sit contractus emptionis venditionis; ut 2. retrahens precium ab emptore solutum justum ac integrum restituat; ut 3. sumptus & expensas refundat; ut 4. retractus intra annum & diem fiat; & 5. ea omnia retrahens adimpleat, quæcumque emptorem ex lege & naturâ contractus alias præstare convenit; ut 6. pacta inter emptorem & venditorem inita & contractui adjecta præstat;

Ret; essentialia sunt, sed accidentalia etiam, quæ adesse & abesse possunt sine interitu rei.

XV. Ad formam essentialem referendum jam, ut celebratus fuerit contractus emptionis venditionis. Vide latius *Tiraqvell. d.l. §. 1. gl. 2.* qui ibidem *n. 2.* hoc de emptione propriâ exaudiendum esse docet; scil. de ea quæ consensu, re & precio intervenientibus perficitur. *pr. Instit. de empt. & vendit.* Si venditio propter defectum aliquem nulla planè, etiam huic retractui nostro locum non esse idem *Tiraqvell. d.l. n. 5.* testatur: quia appellatione venditionis veniat saltem valida, per *l. 4. §. 6. D. d. R. jud. l. 5. §. 2. D. de bonor. possess. contr. tabb.* Qui etiam *n. 6.* hoc exemplificat in emphytevsi venditâ inconsulto domino, quòd emphyteuta nō cadat emphytevsi, quia sit nulla venditio. Quod de venditione dictum, ampliandum i. ut jus Retractus locum habeat etiam in eo casu, ubi quis rem vendit cum hoc pacto, quod dominium non transferretur, donec integrū precium, quod fortè in certos annos fuit promissum, solvatur. Medio n. tempore nihilominus proximus cognatus rem retrahere potest. *Berlich. sapius citatâ concl. 39. p. 2. n. 53. 2.* Ampliatur hoc procedere etiam in venditione, quæ fit sub auctione seu licitatione publicâ, etiam quæ sub hastâ fit. *Vid. Tiraqvell. d.l. §. 1. gl. 14. n. 13. & seqq.*

XVI. De reliquis contractibus generalis constituenda venit regula; quod in nullo alio contractu regulariter retractus habeat locum nisi expressè lege, statuto vel consuetudine contrarium introductum fuerit. Sic non habet locum retractus jus i. in merâ & simplici permutatione, quando scilicet res immobilis, pro immobili permutatur. *Berlich. d. concl. 39. n. 55.* ubi videantur rationes, *add. n. 56.* ubi in fine ampliatur hoc procedere, etiam si una res quæ est minoris precii, permutetur cum alia re quæ longè plus valet, & unus alteri pro illâ re, quæ majoris valoris, det & refundat pecuniam: quia hic contractus in totum sit permutationis & non venditionis. Licet etiam non Universale hoc sit, sed suas recipiat limitationes, ad quas videndas, brevitatis gratiâ, lectorem benevolum ad *Berlich, d. l. n. 57. & seqq.* remitto 2. Non habet locum in datione
tione

418

tione in solutum, ubi bona avita sub hastâ venduntur, & credi-
tori vel alteri cuidam, per judicem adjudicantur. Quia per ad-
judicationem & additionem, sive ipsi creditori sive extraneo
factam, bona tradita censentur. Jure Saxon. autem liberi
traditione jam factâ à jure protimiseos excluduntur. *Nov. E-
lect. Aug. p. 2. C. 31.* ibi: ehe die Güter tradirt und auffgelassen. Et
quia alias communiter consuetudo vel statutum loquens de
venditione, non habet locum in datione in solutum. *Berlich.
d. l. n. 63. & pluribus seqq.* ubi etiam plures videantur rationes.
3. Non habet locum in Transactione, qvi transactio non venit
nomine venditionis, & licet veniret, propriè tamen non esset
venditio. *Berlich d. l. n. 67.* 4. Non habet locum in Divisione,
æq; eam ob rationem, quod verè & propriè emptio non est,
sed inter se in multis differunt. *t. t. D. & C. commun. divid. &
famil. hercisc. t. t. D. & C. de contrab. empt. Berlich. n. 68.* 5. Non
habet locum in locatione ad longum tempus: quia in eâ non
locum habet ratio Retractus, quæ est ne res exeat è familiâ.
vid. Tiraquell. §. 1. gl. 14 n. 79. & seqq. usq; ad 88. Quod tamen
verum putat *Berlich. d. l. n. 74.* si consanguineus jure Retra-
ctus absolutè uti, & prædia avita, ad longum tempus locata
pleno jure revocare & retinere velit. Secus tamen esse, &
æqvitati magis consentaneum videri, si consanguineus & pro-
ximus agnatus se etiam offerat ad illa prædia conducenda, &
idem precium solvere, & sufficientem cautionem de precio
quotannis exsolvendo, præstare promittat, tunc illum in con-
ductione meritò alii extraneo esse præferendum.

XVII. Precii restitutionem etiam facile ad essentiam Re-
tractus referimus; cum illa ita necessaria sit, ut non possit lo-
cum habere hoc jus retractus nisi illa adsit. Alias etiam regu-
lariter, quotiescunq; quis consequi aliquid vult, ad quod con-
sequendum necesse est aliquid fieri, id ante omnia offerre de-
bet, *arg. l. 5. C. de distract. pignor. Hartm. Pistor. part. 2. q. 12. n. 5.*
ex quo capite etiam quosdam à Retractu cecidisse, testatur.
Paul. Christin. Decis. cur. Belg. vol. 3. decis. 58. n. 6. in fin. Quale
autem precium restituere teneatur retrahens emptori, magis
controversum est. Justum autem integrum & in monetâ pro-
bâ

bâ consistens illud esse debere, dicendum erit. Justum autem
precium, tantum, quantum ab alio accipi potest, accipiendum,
cum *Berlich. d. p. 2. concl. 41. n. 5.* per textum expressum in *l. ult. C. d. jur. emphyteu.* ibi: *prædicere quantum precium ab alio reverâ accipi potest:* per textum expressum in *c. ult. X. de Locat. & conduct.* ubi: *Ecclesia primitus requisita eiq; nunciato quantum sibi ab aliis offertur.* & per alios textus quos vide apud *Berlich. d. l.*
Et decisa satis res est Jure Saxonico per *Nov. Elect. Aug. p. 2. C. 33.* ibi: *Nicht allein justum precium, sondern so viel als der verkauffer von einem andern davor haben kan / zahlen und erlegen soll.* Non tamen justum precium est, quod secundus emptor pluris solvit primo emptori. Nam si primus emptor intra legitima retractus tempora rursus vendat & quidem majori precio, tunc satis erit offerre precium à priori emptore solutum non attentâ quantitate precii à secundo emptore soluti. *Martin. Peg. d. tr. vom Verkauf &c. lib. 2. c. 37.* per text. elegantem in *l. 19. §. 9. D. de captiv. & postlimin. revers.* Secus si secundus emptor minoris emit: tunc consanguineus rem retrahens, tantum minus precium reddere tenetur. *arg. l. 6. C. de restitut. milit.* Rationem *Berlich. d. concl. 41. n. 26.* reddit illam; Quod si consanguineus teneretur illud majus precium, quod primus emptor dedit, exsolvere, illud residuum, quod precium à secundo emptore datum superat, debet aut restitui primo emptori aut secundo. Non primo, quia ille nihil juris amplius habet in illâ re, cum eam jam vendiderit, & ita per traditionem omne jus quod habuit in alium transtulerit. *§. per traditionem 40. Inst. de R. Div.* Non etiam secundo emptori, quia ille tantum non dedit; & natura iniquum est, ut quis plus recipiat quam expendit. *l. 14. D. de condict. in deb.* Quid INTEGRUM sit precium, dicitur in superius allegata *Constit. Elect. 33.* ibi *zahlen und erlegen.* quod nimirum in pecuniâ paratâ exsolvitur. *Dn. Carpzov. ibid. def. 4. n. 1.* Sicut enim actio ex empto non datur, nisi soluto precio integro, ita nec ex retractu, nisi soluto precio integro, dabitur; cum unius ejusdemq; obligationis unam eandemque solutionem esse oporteat *l. 13. §. 8. D. de act. empt.* particularis etiam solutio, quæ & invito creditori obtrudi nequit, tanquã multa incommoda habens, non sufficit *l. 3. D. famil. hercisc. l. 21, D. de*

419

D. de reb. cred. l. 19. D. de pignor. & hypoth. Itaq; nec pignora sufficient vel idonei fidejussores: non enim offerre aut dare fidejussores, quantumvis idoneos, solvere est, *inquit Tiraquell. §. 3. gl. 3. n. 14. per l. 4. §. 3. D. de R. jud. & alios ibi allegatos textus.* Dum tamen emptor pecuniâ paratâ rem retractui obnoxiam emerit; alias si solutio precii fuerit in diem aut distinctis terminis, vff *Tagezeiten* facta & promissa ab emptore, tunc retrahenti easdem dilationes ac conditiones, quas emptor habuit, in exsolvendo precio, concedendas esse, multis argumentis probat *Tiraquell. §. 1. gl. 18. n. 34. & Dn. Carpzov. d. l. def. 7.* ex ista Constitutione hoc elicit, præjudicioq; confirmat. Pro paratâ tamen pecuniâ etiam habetur, si retrahens paratus sit precium ab emptore solutum, cum alio debito liquido compensare, *Martin. Peg. d. tr. lib. 2. c. 26. per l. 4. D. qui potior. in pignor. habeant.* ubi: *nec n. interesse solverit an pensaverit;* si modo debitum sit liquidum. *vid. Tiraquell. §. 3. gl. 3. n. 11.* Et hæc procedunt, si omnia sincere agantur; Secus si dolosè & fraudulenter, & venditor si alium animosorem licitatorem submittat, ad hoc ut consanguineum vel alium, qui jus hoc retractus habet, ab emptione deterreret; per expressum textum *d. Const. 33.* *Es were denn sache / das betrüglicher weise einen umbzuführen / oder von dem Vorkauff mit grossen auffsatz abzuschrecken / gehandelt.* Dolus autem quomodo probetur *vid. Berlich. d. concl. 41. n. 9.* De precii accessione augmento & supplemento Q. Si emptor post primum contractum precium in ipsâ venditione appositum, tanquam id non satis justum fuisset, augeat & suppleat, an consanguineus redimens debeat etiam solvere emptori hanc precii accessionem, augmentum & supplementum? Sed respondendum erit sub distinctione, quam habet *Berlich. d. concl. 41. n. 20.* Aut n. supplementum fit in continenti omnibus rebus adhuc integris, tunc recessum à priori contractu, & nova emptio intervenisse videtur, & ideo consanguineus, meritò illud additamentum & supplementum precii debet etiam restituere, *per text. express. in l. 72. in fin. pr. D. de contrah. empt. l. 2. D. de rescind. empt.* Aut precium augetur non in continenti rebus integris, sed postea, ubi precium jam solu-

tum est, & tunc emptio semel facta & perfecta infecta fieri non potest, & ideo consanguineus illud supplementum precii redere non tenetur *d. l. 2. in fin. D. de rescind. vend. vid. Berlich. d. l. ubi n. 21. & 22.* limitationē addit de læsione ultra dimidium, quod cum eo casu justum precium supplendum sit, etiam illud retrahens solvere teneatur. Probitas monetæ necessaria demum; ut sc. precium ejusdem ponderis & bonitatis, in qua illud ab emptore solutum vel promissum fuit, emptori offeratur à retrahente consanguineo. Ad probitatem autem monetæ tria requirit *Tiraqvell. §. 1. gl. 29. n. 13.* videlicet quantitatem ponderis, materiam & publicam formam. Alias communiter Dd. bonitatem nummi duplicem faciunt, Intrinsecam scilicet & Extrinsecam. Illam metallum seu materiam electam certi ponderis, magnitudinis & substantiæ, *das gehalt/ Korn/ Gewicht/ oder Schrot.* Hanc æstimationem, valorem cursum & usum monetæ, *den werth/* dicunt. *Vid. Gail. 2. obs. 73. & Dn. Carpzov. part 2. Const. 28. d. 4. & 5.* qui ibidem etiam decidit, quomodo in mutuo solutio facienda sit, si vel extrinseca vel intrinseca bonitas monetæ mutata fuerit. In casu itaque retractus breviter dicendum erit, quod si mutatio fiat in bonitate extrinseca siue intrinseca monetæ, retrahens consanguineus teneatur precium in illa bonitate & valore solvere, quæ bonitas fuit tempore contractus. *Vid. Matth. de Afflict. decision. Neapolitan. 194. n. 4. & 5.* ubi refert ita Neapolitanum Senatum judicasse.

XVIII. Sumptus & expensas retrahentem teneri refundere satis liquet ex *Const. Frid. de jur. protim. ubi: debent venire & solvere justum precium, cum expensis necessariis.* Et *jur. Saxon. Nov. Elect. Aug. p. 2. C. 32.* ubi in pr. statim, consuetudines attendendas monet, & insuper expressè de sumptibus decidit: *Das Kauffgeldt und die besserung/ da die anffgewandt zuerstaten.* ibiq; *Dn. Carpzov. def. 7.* Impensæ autem cum triplices communiter sint, aliæ Necessariæ, aliæ Utiles, aliæ voluptuariæ, in quæstionem venire facile potest, *Quanam impense hic restituende veniant?* De necessariis impensis tantum expressè iterum decidit *Constit. Frider.* Et *Jure Saxonico etiam idem dicendū esse*

420
esse docet. *Berlich. dict. concl. 41. n. 41*, qui expressè dicit; neces-
sarias tantum & eas quas vel venditor ipse vel consanguineus
ejus probabiliter facturus fuisset, emptorem recipere, & re-
liquos non item. Insuper tamen, sicut alias in tota hac materia,
ita etiam hic, consuetudines attendendas esse crediderim.

XIX. Circa tempus intra quod res Retractui obnoxia,
retrahenda venit, primò omnium attendendum erit, an ali-
quid certi definitum sit per consuetudinem, vel an statuto tem-
pus aliquod certum cõstitutum; Cùm in istâ materiâ potissima
fermè semper sit causa statuti, & consuetudinis, ut *thesi præce-*
dent dictum, & expressè hoc confirmat. *Nov. El. Aug. p. 2. C.*
32. pr. Wo aus Statuten / oder verwärter gewohnheit herge-
bracht. Ita Statutario & Provinciali jure nostro Saxonico,
tempus intra quod res retrahi debet definitum est annum.
per d. C. 32. post pr. ibi: Soll er innerhalb Jahresfrist. Licet du-
bium etiam hoc tempus antea in foro Saxonico fuerit; non-
nullis intra 30 dies jure retractus utendum esse præsentibus,
absentibus v. intra quatuor menses, opinantibus; aliis per de-
cem annos inter præsentibus, per viginti verò inter absentes,
hoc jus tolli, statuentibus, ut testatur *Berlich. d. p. 2. concl. 40.*
n. 8. Spatium autem annale in hac *Const. 32.* definitum, de an-
no Civili & non Saxonico accipiendum erit, cum *Dn. Carpzov.*
ibid. def. 4. quod etiam à tempore, venditionis perfectæ, i. e.
simul atque de precio conventum fuerit, *pr. Inst. de empt. &*
vendit. currere incipit, secundum eundem laudatum. *Dn.*
Carpzov. d. l. def. 3. Non tamen continuum sed utile potius;
idem ibidem def. 6. n. 9. Idem dicendum foret de Constitutio-
ne Friderici, si illa aliquo loco recepta sit, quod secundum
ejus dispositionem intra 30 dies Retractus foret aliquis exerce-
re debeat, alias non esse illum audiendum: *Matth., de Afflict.*
d. tract. de jur. proximis. §. ut infra 30 dies. n. 2. Alias si statuto
vel Consuetudine nihil certi definitum fuerit, recurrendum
erit ad jus commune, quod proximo agnato annum concedit,
intra quod uti debeat hoc jure, ne illo elapso excludatur;
per textum *c. constitutus 8. in med. X. de in integr. restitut.* ibi:
intra annum & diem a tempore contractus per c. un. 2. Feud. 26.

S. Titius

Titius filios masculos. & deniq; quia tempus simpliciter à lege statuto vel constitutione municipali prolatum de anno intelligendum est. *Vid. Berlich. de conc. 40. n. 5. 6. & 7.* Elapso itaq; tempore retractui præstituto, jure hoc cadit Retrahens. Nam quotiescunq; intra certum tempus alicui jus aliquod competit, tunc si intra illud temporis spacium eo non utatur, illi renunciare censetur, *l. si ea. ubi Bald. C. qui accusar. poss. l. 1. §. sed videndum. D. de success. edict. Hartm. Pistor. lib. 2. part. 1. q. 12. n. 21.* & tritissimum alias est, quod ea, quæ de formâ sunt alicujus rei, strictè observanda veniant. Tempus. v. annum, vel aliud etiam, de formâ & solennitate juris retractus esse, probat *Gail. lib. 2. obs. 19. n. 15.* Uta. per lapsum istius anni, vel alterius cujusdam temporis, excludatur retrahens consanguineus, necesse est, ut totum negotium venditionis, cum omnibus suis qualitatibus, penitus cognoverit, & non sufficit generalem eum notitiam perfunctoriè habere. Cùm regulariter scire dicatur is, qui verè & certò scit. *l. 76. D. d. R. 7. l. 5. §. 1. ibi: neq; perfunctoriè aut obscure. D. quod vi aut clam.* Et maximè ut sciat precii quantitatem, utpote quæ animum ejus impellere maximè potest, ut vel redimat rem vel non. *Hartm. Pistor. d. q. 12. n. 28 in fin. n. 29. & n. 30.* Ignorantia etiam & absentia juxta excusat retrahentem. Idq; regulare esse in omnibus illis casibus, in quibus unius solummodo anni spatium, vel aliud tempus est statutum, testatur. *Hartm. Pistor. d. l. n. 26.* Cum hoc ignorantia nunquam currere soleat, *l. 6. D. de calumniator. l. 15. §. 3. & 4. D. quod vi aut clam.* maximè si quis per simulationem, fraudes & dolum adversarii, ignoret contractum ejusq; substantialia, per *l. 9. §. 2. D. de pact.* vel etiamsi dolo & fraude tertii illud effectum fuerit. *Vid. Tiragvell. §. 35. gl. 4. n. 31. 32. & 33.* Nisi ignorantia fuerit affectata, proveniens ex facto dolo consanguinei prætendentis Retractum; quia illa scientiæ comparatur. *c. eos qui 2. de tempor. ordinat. in 6. Gail. 2. obs. 48. n. 18.* ubi explicat, quod ignorantia affectata dicatur, quando quis per simulationem aliquid ignorat, hoc est quando scire potuit, sed noluit, quia dissimulavit. Nisi etiam fuerit ignorantia crassa & supina; quia ista etiam regulariter pro scientiâ habe-

424
habetur. gloss. in clement. 1. in verb. scienter de consanguin. & af-
fin l. 15. §. 1. D. de contrah. empt. & quia dissoluta negligentia
vel ignorantia propè dolus est, inquit Ulpianus in l. 29. pr. D.
Mandat. Vid. Hartm. Pistor. d. q. 12. n. 27. & 28. Plures limitatio-
nes vide apud Berlich. d. concl. 40. n. 18. & pluribus seqq.

XX. Adimplere etiam tenetur Retrahens consanguineus
rem Retractui obnoxiam, omnia, quæ alias ex naturâ contra-
ctus emptorem præstare convenit. Sicut itaq; postquam em-
ptio venditio contracta est, periculum rei venditæ statim ad
emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita nõ
sit §. 3. Inst. de empt. & vendit. Ita etiam ad retrahentem per-
tinet illud periculum. Hic n. tritissimum illud obtinet,
quod surrogatum sapiat naturam illius, in cuius locum surro-
gatur. Non etiam hic novus aliquis celebratur contractus
priori rescisso, sed manet prior conventio, mutata saltè per-
sonâ emptoris in retrahentis personam; & ut eleganter lo-
quitur Petr. Gregor. in Syntagm. jur. univers. lib 26. c. 22. n. 4.
Proximus non alio modo postulare valet Retractum, quam
per viam surrogationis, ut in locum emptoris veniat, & pro-
inde eodem jure uti debet, ratâ manente conventionem, quam
vel amplecti cum suis conditionibus debet vel eam prætermi-
tere. Nisi culpâ vel etiam morâ emptoris interveniente, res
retrahenda, vel deteriorata fuerit, vel planè perierit, ubi em-
ptor tenetur ad æstimationem arg. l. 23. D. d. V. O. & quia uni-
cuiq; sua mora nocet, per l. 173. §. 2. D. d. R. f. c. mora. 25. eod.
in 6. vid. Tiraqvell. ad fin. tituli n. 69. & seqq. De Eviçtione hic
nõ incommode Q. An illam retrahenti præstare teneatur ven-
ditor? Negativè breviter respondendum cum Tiraqvell. in §.
1. gl. 9. n. 34. & seqq. quia jure speciali non tenetur venditor
emptorem defendere, cum id jus retrahendi contra em-
ptorem competat, ex juris municipalis permissione, & ex
emptoris utpote extranei personâ, non venditoris, arg. l.
51. l. 27. & 28. l. 25. D. de evict.

XXI. Ad formam accidentalem referenda erunt
pacta inter emptorem & venditorem bonâ fide inita &
contractui adjecta. Non enim in omni contractu &
semper adjiciuntur, itaq; ad essentiam illius minimè refer-

D

ri po-

ri poterunt. Sicut tamen emptor alicujus rei tenetur pacta & conventiones servare, secundum tritissimum illud; pacta sunt servanda: Ita etiam retrahens proximus rem venditam extra familiam, retrahere volens, adimplere tenetur illius conventiones & pacta, bona fide tamen inita. Quia iste surrogatur in locum emptoris, & in omnibus & per omnia idem habetur, ac in ejus vestigia transit, perinde ac si ipse emitteret. *Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1 §. 13. gl. 5. n. 22,* & acceptans ab altero contractum celebratum, singulas condiciones, pactaque contractum concomitantia, quantumvis onerosa acceptare intelligitur & tenetur. *arg. l. 23. D. de manumiss. l. 29. D. de pact. Treutler. consil. 39 n. 90.* Pacta etiam non tantum expressa, de quibus inter partes contrahentes expressè conventum est, sed etiam tacita, quæ tacitè ex ipsius contractus naturâ in sunt, præstanda erunt. Quia ea, quæ sunt de natura contractus, tacitè acta & conventa præsumuntur. *l. 3. D. de R. cred. Gædd. consil. Marburg. 19. n. 121. 122. vol. 4.* Imò sub pacto hic etiam condiciones, quæ ex juris dispositione contractui insunt comprehenduntur, quas etiam præstare tenetur Retrahens consanguineus; sicut in læsione ultra dimidium justiprecii, *l. 2. C. de Rescind. vendit.* quo casu Retrahens meritò supplementum precii reddere debet *Berlich. d. p. 2. concl. 41. n. 21.* Requiritur tamen; 1. ut pactum fuerit adjectum in continenti, in ipsa venditione, & non ex intervallo: quia pacta ita demum insunt bonæ fidei judiciis, si in continenti adjecta vel subsecuta fuerint. *l. 7. §. 5. D. de pact. l. 13. C. eod. 2.* ne sint ejusmodi pacta adjecta, quæ pugnant cum substantiâ emptionis, neque planè in aliam conventionis speciem transeunt. *Jacob. Curt. conject. lib. 2. c. 14. vers. ego putabam.* Et 3. ne sint pacta simulata, quæ tanquam in fraudem retrahentis adjecta obligatoria non sunt. *Berlich. d. concl. 41. n. 8.*

XXII. Finis juris Retractus, facilè hic omitti posset, cum illius superius sæpius mentio facta, nevé crambem bis coctam apposuisse quis dicat. Tamen cum duplex ille
alius,

422
alius primarius, alius secundarius dicatur, ad istum referre
lubet pacem, quæ conservanda in Remplicâ, & dissensio-
num occasiones præcludendæ & removendæ. Ad illum ve-
rò; ne bona avita extra familiam exeant, sed ut honestas,
dignitas & splendor familiæ conservetur, *l. 35. D. de minor. l. 14.*
C. d. contrab. empt. Nov. El. Aug. p. 2. C. 31. ibi und dieselbe
bey dem Geschlecht zu erhalten. Const. Frid. d. jur. Protimis.
Berlich. d. p. 2. concl. 39. n. 19.

XXIII. De actione qua consanguineus jus suū persequitur,
breviter aliquid adhuc subjiciendum, utpote sine qua nemo
experiri potest *l. 6. §. 12. v. certe D. d. N. gest.* Et sicut Medici an-
te omnia necesse habent cognoscere speciem morbi, eoq; co-
gnito cōpetentia remedia adhibere: Ita & advocati cognitâ
facti specie remedia & actiones cōpetentes infirmitatibus ci-
vilibus, suffragio legum & rationū, adhibere debent *Bald. in l.*
2. C. qui admitt. ad bon. poss. quia quod medicamenta morbis,
hoc exhibent jura negotiis *Imp. Justin. in Nov. III. pr.* Actio v.
nostra erit Condictio ex lege statuto vel consuetudine; & est
Actio Civilis & personalis in rem scripta, quæ datur consan-
guineo vel alio cuidâ ex personâ consanguinei, adversus em-
ptorem nō tantum, sed etiam quemlibet possessorem rei ex-
tra familiam per venditionem alienatam, ad illam revocandam,
tum coram judice domicilii, tum rei sitæ.


Conditionem ex lege, statuto, vel consuetudine, ap-
pellamus actionem nostram ideo, quia quoties lege, moribus,
aut statutis obligatio ad consequendum aliquid cōpetit, nec
exprimitur, quo genere actionis id cōsequamur, conditio ex
lege statuto vel cōsuetudine datur, *l. un. §. ibi Dd. Cnjac. Brand.*
Wesenb. §. alii. D. de condict. ex lege. Idē sentit *Marc. Mantua de*
jur. protimis. §. 33. Gail. lib. 2. obs. 19. n. 6. Civilis erit ideo actio,
quia ex statuto vel consuetudine oritur, cum statuta & con-
suetudines nihil aliud sint, quam juris civilis portio *arg. §.*
sine scripto. Inst. d. 7. N. G. §. C. l. 9. D. de 7. §. 7. & quia
hodiè quæq; Universitas, municipium, civitas, quamvis su-
periori subjecta, leges locales facere sibi potest, quæ statuta
vocantur *Wesenbec. in π. D. de Legib. n. 3.*

Perso-

Personalis in rem scripta; cum nullus contractus vel quasi
intervenerit inter emptorē & consanguineum, ex quo oriri
possit actio personalis *arg. §. 1. Inst. de Act.* Neq; , si esset mere
personalis, sequeretur rem & tertium possessorem, s. singula-
rem successorem ipsius emptoris, quod tamen fit, ut jam di-
cetur. Jam a. personalis actio ita vocatur, quod personam
ipsam obligatam sequitur, nō rem sive singularem successo-
rem *l. 13. C. de O. & A. Tiraqvell. §. 8. gl. 5. n. 6.* Itaq; personalis
quidē est actio, videlicet condictio ex lege, statuto vel cōsue-
tudine, nō tamen mere personalis, sed in rem scripta, cum
sequatur possessore *Tiraqvell. d. l. n. 8.* Quod datur cōsanguineo
vel alio cuidam ex persona consanguinei, satis patet *supra ex*
th. 5. & 10. Emptorē quod sequatur nullum est dubiū, per jam
superius dicta, sed de quolibet possessore controversa magis
res videtur. Cum tamen ea actionis personalis in rem scriptæ
natura & proprietas sit, ut instar actionum realium sequatur
rem *arg. l. 3. §. 3. D. ad exhib. Schneidvv. ad §. omnium*
n. 10. Inst. d. Act. etiam adversus quemcunq; possessorem dabi-
tur, maximè etiam ideò, quia rem ipsam afficit. *arg. l. 23. §. 2.*
D. d. S. P. R. l. 15. D. Minor. vid. Tiraqvell. §. 12. gl. 1. n. 2. & seqq.
Berlich. d. concl. 39. n. 99. Nec deniq; dubitandum, institui istā
actionē posse coram iudice domicilii & rei sitæ *per c. ex parte*
15. X. de for. compet. Martin. Peg. d. tr. von vorkauff & c. lib.
2. c. 30. qui plures ibidem allegat. *Add. Berlich. d. conc. 39.*
n. 98.

Hæc de satis prolixa alias materiā, breviter & per
theses quasi, ratione instituti proposuisse sufficiant. Plura,
quæ hic brevitatis studio omissa, videri poterunt
apud Dd. superius sæpius laudatos.

TRINUNO SIT GLORIA DEO.



Handwritten text in a cursive script on aged paper. The text is written in two lines and appears to be a signature or a name. The first line is more densely written, while the second line is more spread out. The ink is dark brown and the paper is yellowed with age.





[Faint, illegible handwritten text in cursive script, possibly a signature or name, written in dark ink on aged, stained paper.]





N

M



Handwritten text in a cursive script on aged, stained paper. The text is arranged in several lines, with some lines appearing to be part of a larger, possibly crossed-out or partially written section. The ink is dark brown or black, and the paper shows signs of wear, including creases and discoloration. The right edge of the page shows the binding of the book.



ULB Halle

3

002 937 379




00


A 64 621

WD 17

Reha ✓







DISPUTATIO INAUGURALIS 15.
De
RETRACTU.

Quam
CHRISTO AUCTORE ET DUCE
Decreto & Jussu Magnifici & Nobilissimi JCo-
rum Ordinis in famigeratissimâ VVitteber-
genfi Academia;

P R Æ S I D E
HENRICO COSELIO J. U. D.
& P. P. Curia Electoralis, Scabinatus & Facultatis
Juridicæ Assessore, h. t. Pro-Decano Spectabili.
Dn. Patrono & Præptore omni pietatis & de-
votionis cultu ætatem observando.

Pro
LICENTIA
Nobilem Doctrinæ in Utroq; Jure Gradum, ejusdemq;
privilegia & insignia ritè ac solenniter
consequendi,
Placido Eruditorum submittit Examine
DAVID CICHORIUS HOJERSCHVERDA
LUSATUS.
Ad d. 17. Februar. Horis ante & pomeridianis
In Auditorio Majori.

Witteb. apud JOBUM WILHELMUM FINGELIUM.

